



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XIII. De Hermogenis magistri militum nece, & quomodo Paulus ob eam
causam iterum pulsus sit Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

factionis Iulio obtulerunt Episcopo; & A doctrinæ consubstantialis subscribentes, in communionem recepti sunt. Tunc vero pro Ariana perfidia acriter decertantes, gravissimos bellorum motus adversus Ecclesias excitaverunt. Ex quibus bellis unum fuit illud quod à Macedonio factum est Constantinopoli. Ex hoc enim intestino Christianorum bello, crebræ in civitate ortæ sunt seditiones, multique eorum violentiâ oppressi periére.

CAPUT XIII.

De Hermogenis Magistri militum necē, & quomodo Paulus ob eam causam iterum pulsus sit Ecclesiâ.

HÆC cum audiisset Imp Constantius, qui tum Antiochiæ morabatur, mandavit Hermogeni Magistro militum quem in Thraciæ partes miserat, ut per Constantinopolim transiens, obiter Paulum Ecclesiâ exturbaret. Ille Constantinopolim ingressus, totam civitatem comovit, dum Episcopum per vim ejicere conatur. Statim enim populi seditio subsecuta est; cunctique parati erant Episcopum defendere. Cum autem instaret Hermogenes, ut militari manu Paulum expelleret, exacerbata populi multitudo, ut in talibus fieri solet, violento impetu in illum ruit: domoque ejus incensâ, pedibus illum trahentes interemerunt. Gesta sunt hæc duobus Augustis Consulibus: Constantio scilicet tertium & Constante iterum. Quo quidem tempore Constans Francos bello superatos, socios ac fœderatos populi Romani effecit. Constantius autem Imperator audita Hermogenis cæde, statim Antiochia digressus, equorum permutatione veloci Constantinopolim accurrit. Et Paulum quidem urbe expulit. Ipsam vero civitatem multavit, ex annonâ diurna, quam pater ejus Constantinopolitanis donaverat, adimens plus quam quadraginta millia modiorum, antea enim octoginta fere millia modiorum frumenti ab urbe Alexandria advecti, civibus erogabantur. Macedonium porro civitatis Episcopum designare distulit. Quippe infensus erat etiam illi, non solum eo quod præter ipsius sententiam ordinatus fuisset Episcopus: verum etiam eo quod ob seditiones inter ipsum ac Paulum excitatas, tum alii multi, tum Magister militum Hermogenes interfecti essent. Passus ergo illum plebem colligere in ea Ecclesia in qua fuerat ordinatus, rursus Antiochiam contendit.

νοίας τῶ ἐπισκόπῳ ἰκλίω ἐπίδόντες, τῆ ὁμοσίου τὲ δόξῃ συνλιθέμενοι, ἐκοινωνήσαν τότε ἡ διαπύρεως τὴν ἀρειανὴν συγκεστῆνες ἀρησκείαν, ἐτὲς τυχόντας κτ' τῶν ἐκκλησιῶν πολέμους ἐτύρευσαν, ὧν εἷς ἦν ὁ δια μακεδόνιος ἐν τῇ κωνσταντίνε πόλει γρηγοριῶ. ἑποῦ γδ τῶδε ἔμφυλις τῶν χριστιανῶν πόλεμος, συνεχεῖς ἐγένοντο κτ' τὴν πόλιν σάσεως, πολλοί τε ἐκ τῶν γρηγοριῶν σιωτρεῖβῆτες ἀπώλοντο.

Κεφ. ιγ'.

Περί τῆς ἰεροσλήνης ἑσρατιῆ ἀνιρίστως, καὶ ὅπως παύσθη τὸ ἰερώθη ὁ Παύλ' τῆς ἐκκλησίας.

Ἦλθε ἡ τὰ γνώμενα εἰς ἀκοὰς κωνσταντίνου βασιλέως, κτ' τὴν ἀνιόχην διατρέποντος ἐπέλεγε ἐν ἰεροσλήνῃ τῶ ἑσρατιῆ ἀπὸ τῶν ἀράκια πεμπομένων μέσση, ὁδ' ἐπάερον ποιῆσαι. Ἐξοθήσεται τῆς ἐκκλησίας τὸ Παύλον ὃς κατὰ λαβὼν τὴν κωνσταντίνε πόλιν, ὄλλω δὲ ἀραξῆ, βιαζόμενος ἐκβαλεῖν τὸν ἐπίσκοπον σάσις γδ ἐνθὺς ἐκ ἑ δῆμος παρηκολάθει, καὶ ἐτοιμοὶ ἦσαν ἀμύνασθαι ὡς ἡ ἐπέκτατο ὁ ἰεροσλήνης διὰ ἑσρατιῆ κτ' χειρὸς ἀπελάσαι τὸν Παύλον, παροξυνθέν τότε τὸ πλῆθος, οἷα ἐν τοῖς τοιαῖτοις φιλεῖ γίνεσθαι, ἀλοῦτερος ἐποίητο καὶ αὐτὴ τὰς ὁρμάς καὶ ἐμπήσθη μὲν αὐτὴ τὴν οἰκίαν αὐτὸν ἡ στυραντῆς ἀπέκλιψαν ταῦτα ἡ πέπεσαν ἡ ἐνύπαλεια τῶν δύο ἀνγύσαν, κωνσταντίνε τὸ τρίτον καὶ κωνσταντίνε τὸ δεύτερον καθ' ὃν χρόνον κωνσταντίνε φράγκων ἔθνος νικήσας, ὑποσπόνδους ῥωμαίων ἐποίησε κωνσταντίνε ἡ βασιλεὺς πρὶ τῆς ἀναιρέσεως ἰεροσλήνης πυθόμενος, ἐκ τῆς ἀνιόχιας ἰππεὺς ἐλάσας, κατὰ λαμβάνει τὴν κωνσταντίνε πόλιν καὶ τὸν μὴν Παύλον ἐξελάνθει τῆς πόλεως ἐζήμωσε ἡ τὴν πόλιν, ἀφελάν ἡ σιλησεῖς ἡ ἑσρατιῆ κτ' ἡ παρὰ αὐτὴ ἡμερησίαι, ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας, ὁλλῶ γδ ἐγὺς μυριάδες ἐχορηγῆντο πρὸς τῶν ἡ σίτις ἐκ τῆς ἀλεξάνδρῶν κομιζόμενα πόλεως μακεδόνιον ἡ ἀναδείξαι τῆς πόλεως ἐπίσκοπον ὑπέθετο ὡρρίξελο γδ ἐμόνον αὐτὴ, ὅτι ἡ ἑσρατιῆ γνώμην αὐτὴ κεχειροτόνητο, ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ τὰς μετὰ αὐτὴ τε καὶ Παύλου γρηγομένης σάσεως, πολλοί τε ἄλλοι, καὶ ὁ ἑσρατιῆ ἰηλάτης ἰεροσλήνης ἀνήρητο ἑάσας ἐν αὐτῶν ἐν ἡ ἐχειροβλήθη ἐκκλησία σιωάγειν, αὐτῶν ἀπὸ τὴν ἀνιόχην ἀνεχώρησεν.